Quelle: http://manuscripta.at/?ID=543
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

quecunque sit illa Beniamyn nostra
dilecta, cuius contubernium nunquam fasti-
dire valet, ad cuius amplexibus
nec ad horam abesse valet. Sed
si vocem illam huius Beniamyn
esse cognoscimus, quante pulchritu-
dinis sit eius dilecta nemini dubi-
tandum. Dixi sapientie: Soror mea es, et
prudenciam vocavi amicam meam.
Vultis audire quam non sit fastidi-
re huius dilecte pulchritudinem, quam
sororem et amicam vocat propter cas-
tam et ardentissimam dilectionem? In-
trans in domum meam, inquit, con-
quiescam cum illa. Non enim habet
amaritudinem conversacio illius, nec
tedium convictus illius, sed leticiam et
gaudium, et in amicicia illius di-
lectio bona. Dicat quisque quod sen-
ciat, ego aliam causam non in-
venio que illum intrinsecus ita
ligatum teneat, ut nec ad mo-
dicum quidem exire valeat. Vi-
deo quod quisque huius amicicie de-
siderio flagrat, quanto eam fami-
liarius novit, tanto amplius
diligit, et quanto amplius eius am-
plexibus fruitur, eo vehemencius
eius desiderio estuat. Cuius siqui-
dem frequens contubernium solum sane
desiderium non minuit, sed augere et
amoris incendium acrius infla-
mare. Quomodo ergo non est quod iste Be-
niamyn tota die in thalamo
immoratur, qui talis sponse dulce-
dine fruitur, et inter humeros illius
requiescens eius amore iugiter
delectatur. Quas putas frequentes
mentis excessus patitur, qui sepe in
extasi raptus super se ipsum ducitur,
dum pulchritudinis eius mag-
nitudine attonitus in eius am-
miracione suspenditur, et impletur
absque dubio quod de eo legitur: Beni-
amyn adolescentulus in mentis
excessu. Notandum est sane quomodo
sibi occurrant testimonia scrip-
turarum. Quod enim propheta per Rachelis
interitum, hoc ewangelista designat per casum
discipulorum, psalmista exprimit in
Beniamyn per mentis excessum.

De duobus generibus contemplacionis.

Possumus tamen per mortem Rachel et
per excessum Beniamyn diver-
sa genera contemplacionum non incon-
venienter intelligere. Duo siqui-
dem genera contemplacionum supra racio-
nem esse et utrumque ad Beniamyn
pertinere. Primum quidem est supra
racionem, sed non preter racionem. Secundum est
supra racionem et preter racionem. Illa sane
supra racionem, sed preter racionem non sunt. Que
racio patitur. Nulla tamen humana racione
investigari vel comprehendi possunt.
Illa autem dicimus et supra racionem et
preter racionem esse, quibus videtur omnis
racio contraire, qualia sunt ea que de
trinitatis unitate credimus et mul-